

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**D. Laurentii Heisteri Profess. Pvbl. Helmstadiensis  
Academ. Caesar. Regiae Lodin. Ac Berolin. Collegae  
Compendivm Anatomicvm Totam Rem Anatomicam  
Brevissime Complectens**

**Heister, Lorenz**

**[Norimbergae, [MDCCXXXII.]**

**VD18 90513150**

**[Explatio Tabvlae Tertiae.]**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9958**

male exaratum fuerat, atque etiam figuræ VERHEYENI & MANGETI illud inversum, sive a parte superiori tantum repræsentant: quo lectores, præcipue tyrones, facile falli possunt.

A A A A A Diaphragmatis musculus superior, fibris carneis crassis e sterno & costarum cartilagini- bus proveniens: quæ fibræ versus partem tendineam, quasi radii ad centrum excurrunt.

B B Musculus inferior, quasi duplex.

C Tendo eius dexter & longior.

D Tendo sinister & brevior.

E E Pars tendinea, sive centrum tendineum, cui superius pericardium adhæret: in qua fibræ tendineæ, observante Santorino, roboris gratia, decussantur, & mirabiliter sibi invicem intexuntur.

F Foramen ellipticum transversum, in parte tendinea, per quod vena cava transit.

G Foramen oblongum in parte carnea, per quod œsophagus ventriculum adit.

H Locus sive interstitium inter duo capita musculi inferioris, ubi Arteria magna e thorace in abdomen descendit; Ductus vero thoracicus & sæpe vena azygos ex abdomine in thoracem ascendunt.

I Pars quædam carnea, quæ hic erat in tendinea.

K Appendices duæ musculosæ, quæ in variis variant, & modo adsunt, modo desunt.

## EXPLICATIO TABVLAE QVARTAE.

**Fig. 14** Repræsentat GLANDVLAM THYMIVM ex fœtu humano recens nato.

**AA** est *Cor*, pericardio involutum, cui thymus magna parte adhæret.

**BB** Glandula *thymus*, prout in hoc fœtu se habebat: bifida quasi, in inferiori; trifida vero in superiori parte. Cuius partes inferiores, **aa**, adhærent superiori parti pericardii; pars media, **bb**, truncō aortæ; partes vero superiores, **cc**, principio ramorum aortæ ascendentium incumbunt.

**CC** Rami tres ascendentes aortæ.

**Fig. 15** Varietatem huius glandulæ ex alio fœtu ostendit; quales adhuc plurimas afferre possem: nam æque figura, quam magnitudine, in quovis fere infante variat.

**AA** Pars superior cordis pericardio involuti.

**BB** Glandula Thymus, superius in duas partes divisa, **aa**, inferius leviter tantum sinuata, **b**.

**CC** Rami ascendentes, ut in præcedenti.

Conferatur §. 256. & §. 387.

**Fig. 16** Exhibit CEREBELLVM HUMANVM: in quo divisiones eius in lamellas sive lobulos, ab aliis, quantum novi, non descriptos, pulchre demonstrantur.

**aaaa** Indicatur cerebellum humanum, in medio perpendiculariter & in æquales partes sectum.

**BBB** Interior substantia corticalis & medullaris.

**ccc** Tractus medullares, non adeo crassi, nec adeo breves, ut vulgo a multis delineantur.

*dd*